



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 36. Quædam duntaxat pecuniæ pars ab Avenionensibus numerata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Granatensis, & Jacobus de Rocaneto Eu-Sæcul. XV.  
 genii Papæ Legati advenerunt, qui Pon- A.C. 1437.  
 tificia auctoritate diserte ac sub gravissi-  
 mis pœnis non modo Petro Albanensi  
 Episcopo Fuxensi Cardinali, eo tempore  
 sacræ Sedis Avenionensi Legato, sed e-  
 tiam præsatæ Urbis civibus prohibebant,  
 ne promissam pecuniam Synodo persol-  
 verent.

### §. XXXVI.

*Quædam duntaxat pecuniæ pars ab  
 Avenionensibus numerata.*

Præterea tempore importunissimo acci-  
 dit Synodalium Legatorum adven-  
 tus; Avenionem quippe ingrediebantur,  
 Primoribus urbis in Franciæ curia mor-  
 rantibus. Nihilominus Avenionenses in-  
 superhabitibus hisce obstaculis, aliisque plu-  
 ribus, quibus a pecuniis intra triginta  
 dies solvendis absterrerri debebant, trigin-  
 ta millia & octingentos florenos numera-  
 bant, ac de residua pecuniarum parte Sy-  
 nodi Legatis cavebant; pro pecuniis ve-  
 ro jam solutis non aliam, quam prius  
 Abbatii Bonavallensi, & Raymundo Ta-  
 lioni insinuabant, cautionem petebant, vi  
 cuius Synodus trium prænominatarum  
 urbium electionem, decimarum præsta-  
 tionem, & portus, ad quem Græci ap-  
 pellerent, designationem, edito decreto

con-

**Sæcul. XV.** constitueret. Hæc interea Avenione  
A.C. 1437. gesta fuere. Cum vero totius negotiis  
exitus præcipue a Basileensium consilii  
dependeret, Eugenius ea omnia, quæ de  
uniendis Græcis in Concilio feliciter ca-  
pta fuere, toto studio impedire conatus  
est (\*), quamvis ipsemet ejusdem cum  
Synodi Patribus sententiæ fuisse,  
ac non una vice significasset, sibi gratissi-  
mum

(\*) Eugenium unioni Græcorum vel un-  
quam obstatisse, atrox calumnia est, potius in  
Basileenses rejicienda, qui pro Conciliis loco  
Avenionem non alio fine elegisse videntur,  
quam ut unionem impeditent; noverant enim,  
Bissipatum & Tragagnotum Græcorum nomi-  
ne in publico cœtu contra nominatam civi-  
tem reclamasse, ac erectis publicis tabulis co-  
ram Basileensibus professos: *Si non proviati-  
tis de alio loco nobis ac Papæ accommodo, iug-  
nomine Imperatoris ac totius Ecclesiæ Orient-  
alis protestor coram Deo & toto mundo, quod  
per Ecclesiam orientalem non remanet, quin tamen  
quæ sunt decreta inter vos & nos, impleantur,  
de qua re per totum mundum habebitis confe-  
sionem, & in extremo Dei judicio reddatis re-  
tionem de tanto damno, cuius eritis causa &c.*  
de eadem protestatione facta a Græcis testifi-  
tatur Eugenius Papa in Bulla: *Dottoris gen-  
tium, item in literis ad Cardinales S. Petri &  
S. Sabinæ.*

mum esse, ut Basileenses ad tam pium o-Sæcul. XV.  
pus manum admoyerent.

A.C.1437.

§. XXXVII.

*Indulgentiarum concessio, ac decima-  
rum impositio a Pontifice de-  
negata.*

Triginta dierum induciis vix non ex-  
spirantibus, Archiepiscopus Tarenti-  
nus Eugenii Papæ Legatus Synodum a-  
diit, atque ad ea, quæ petebantur, re-  
sponsurus declaravit, Eugenium nunquam  
consensurum, ut Indulgenciæ promul-  
garentur, aut Clerus injunctis decimis  
gravaretur, nec Prælatos atque Univer-  
sitates ad locum, quem pro futura Sy-  
nodo designassent, convocaturum, mi-  
nus vero hanc in rem publicas securita-  
tis literas daturum. Potius itaque de  
alio loco intra Italiam summo Pontifici  
commodo deliberarent, quo facto spera-  
re possent, Papam quoque petitis a Sy-  
nodo sibi propositis satisfacturum. Post  
hanc declarationem tertia effluxerat dies,  
cum Basileensibus per suos Legatos nun-  
ciaretur, ab Avenionensibus jamjam tri-  
ginta millia octingentos Ducatos Trire-  
mium Præfecto suisse numeratos (\*):

de

Panorum. de  
Conc. Basit.

(\*) Errore typi loco florenos, credimus ir-  
repuisse